

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4140

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2547

C O D I C E S

2548

legeret : Register über das buch
genannt *Summa Jobannis* nach ord-
nung (secundum ordinem) des a.
b. c. &c. Iam ad Codicem rever-
tor. Incipit is a Praefatione Epi-
tomatoris Bertholdi : Unusquisque
sicut accepit &c. *Sanctus Petrus*
apostolus spricht in seiner ersten E-
piseln in dem virden Capitel daz
ain igleich menscb als er hat gnad
der tugent emphangen &c. Ait,
se diu functum officio Praedicato-
ris tandem vitam solitariam am-
plexum esse, permotum tamen pre-
cibus *Jobannis* ab Aw Eq. ad con-
trahendam et in alphabeti ordi-
nem redigendam *Jobannis* Fri-
burg. *Summam Confessorum* ani-
mum adpulisse &c. Sequitur Opus
ipsum : *Wa uon ain pabst gemain-
gleich miß abloſen. Abloſen mag*

*Detur pro penna scriptori hawbotehenna.
Est michi penna carior quam hawbotehenna.*

Lege *Haubige* (Schopfige) *Henne*, Gallina cristata.

*Wer awf pulen pawet vnd burren mol getrawet
Und ein (im) sack kauffet vnd sich mit den kalen (Calvis) rauffet
An den vir dingen nimant mag gewinnen.
Laz yden man sein wer er ist, so sagt er dir nicht wer du pist.*

Claudit Operis Index.

DCLXXII.

- 206 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 337. f. partim lineis
longis, partim per duas columnas
*exaratus complectitur sequentia :
I. *Jobannis Nider Ordinis predica-
torum sacre theologie professoris
manuale confessorum* hoc Prologi

initio: Quoniam iuxta beati Gre-
gorij in suo pastorali sententiam
Regimen animarum est ars arcium
&c. Opusculum aetate sua utilissimum
jam sub typographiae initia frequenter prelo subjectum
fuisse norunt Bibliographi.

II. fol. 45. *Traſtatus beati
Bernardi de planu glorioſe vir-
ginis marie In paſſione filii eius
Domini*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4140

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2549

C A S U I S T I C I .

2550

Domini nostri Ihesu Christi. Hoc quoque Opusculum, quod incipit: Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis ymbrem lacrimarum &c. in antiquioribus Bernardi editionibus, v. g. Gillotiana Paris. 1586. f. col. 202. comparet. In recentioribus, ut Autori subpositum, omissum est.

III. fol. 47. Anonymi Quinquagesimale Sermonum. Porrigitur a Dominica Quinquagesimae usque ad feriam III. Majoris Hebdomadis. Sermo I. in illud: Deus hebreorum uocat nos, ut eamus uiam trium dierum &c. Exod. V. incipit: Quia misertus dominus et deus omnipotens electo et dilecto populo suo &c. Plures ex his Sermonibus Compendia potius sunt et adumbrationes Sermonum, de quarum Autore laborare operaे premium non videtur.

IV. fol. 117. Anonymi Libellus mysticus de aeterni Verbi in anima devota Conceptione. Initium: Gaude et letare filia syon quia ecce ego uenio et habitabo in medio tui. Zach. II. Verba proposita possunt esse sponsi &c. Tria, quae sibi tractanda sumit Autor, sunt: Primum, qualiter anima deuota ad verbi eterni conceptionem per gratiam disponatur. Secundum, qualiter ipsa concepcionis verbi eterni in anima perficiatur. Tercium, quos fructus spirituales anima deuota ex verbi eterni conceptione et presencia consequatur. Ultima sunt: Quam despensationem nobis prestare dignetur, qui est benedictus in secula seculorum amen.

V. fol. 134. Tractatus scholasticus de Indulgentiis in illud: Quodcumque solueritis super terram, erit solutum et in celis. Matth. 16. Incipit: Hec uerba dixit dominus noster Iesus Christus beato petro uidelicet ibidem et secundum sanctum Thomam et alios doctores &c. Finit: et sit omnino immunis ab omni debito penarum peccatis suis prius dimissis. Est M. Johannis gews seu geyss, ut habes Cod. DCLXXVII.

VI. fol. 144. p. 2. Sermo de extremo universali Iudicio in illud: Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Josaphat &c. Joel. III. Initium: In quibus Iobel propheta dicit de disceptatione &c. Citat autor in exordio aliud Sermonem, quem de judicio particulari animarum habuit; sed is a Cod. nostro abest. Fontes illius cum in praecedenti, tum in hoc sermone post Patres sunt: Thomas Aquinas, Gorranus, Durandus, Gilb. Porretanus &c.

VII. fol. 165. Opusculum asceticum de Contemptu mundi, quod incipit: Nolite diligere mundum &c. Scribitur prima Job. 2. O vita mundi non vita sed mors &c. Expenduntur VII. Rationes, quae a mundi amore retrahere debeant. De aeo Autoris ex loco sequenti statui potest: Augustinus, Ieronimus, Gregorius, Benedictus, Basilus, Bernhardus, Dominicus, Franciscus, Albertus Magnus, Thomas aquinensis, Vincentius et alii infiniti, qui fuerunt lumina ecclesie, culmen virtutis in religione meruerunt.

VIII.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4140

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2551

C O D I C E S

2552

VIII. fol. 178. Aliud ejusdem Thematis Opusculum in illud: *Videte, quomodo caute ambuletis non quasi insipientes &c. ad Epb. V.* Minus scatens piis fabellis, ac antecedens.

IX. fol. 189. Collectio Sermonum in Dominicas Anni sumto ab *Adventu exordio*, et in quaedam Festa, quorum aliquibus adscripta sunt nomina obscurorum Virorum *Wenck, Trutzenbach, Wisenburg, M. Sebastiani &c.*

DCLXXIII.

²¹⁷ Codex chartaceus lat. germ. Sec. XV. Folior 239. f. currenti calamo per duas Columnas exaratus, olim, ut in anteriore theca intus notatur, *Jobannis Stinglhamer Canonici et Plebani in panbergb*, continet sequentia: I. rubro: *Incipit directorium Magistri Jobannis aurbach egregii decretorum doctoris compositum pro sacerdotibus.* Initium Praeloupii: *Ad laudem dei animarum salutem curatorumque simplicium breuem et simplicem directionem infra scripta ex textu iuris canonici doctorum dictis ac alijs prout ministrauit altissimus duxi licet ruditer colligenda In duas pro ampliori ea distingwendo partes principales, quia primo agitur de practica modis et instructionibus quibus uti et se habere possit seu debeat confessor in auditione confessionis et penitentis expeditione.* Secundo de Sacramentis ecclesie &c. Opportunum hoc rudioris aevo illo Cleri subsidium typis opportunius reddidit *Güntherus*

Zeiner in urbe Augustensi 1469. f. inscripsitque Summam M. Joannis de Aubach Vicarii Bambergensis, quem circa illud tempus in vivis etiamnum degisse putem. Meminere illius Trithemius n. 727. et alii, nomine subinde in Ausbach corrupto, neque Titulus de Ecclesiae Sacramentis, quem statuunt, opusculum exhaustit.

II. fol. 49. rubro: *Tra&gatus de superstitionibus.* Initium: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus &c. Ps. 37. Constat fidem veram caritate informatam lumen existere animarum &c. More scholastico proceditur in tractandis quaestioneibus, quarum prima est: Utrum dyabolus illudendo possit immittere in animam hominis bonum uel malum. Et si bonum, utrum homo licite possit uti ministerio ejus.* Sequuntur aliae de Sortilegiis, Auguriis &c. ubi multae illius aevi superstitiones notantur, quas utinam nostro, quod Philosophicum crepant, non repeterent fatui quidam Μυτησιοφιλοι! Extrema sunt: *presumpcione diuine voluntatis.* Autorem ignoro, nisi sit Jacobus Junterbockius, quem de Superstitionibus L. I. scripsisse in *Theod. Petreji Biblioth. Carthus.* p. 152. invenio.

III. fol. 85. rubro: *Incipiunt decem precepta dincbke lspucbel. Sed fallit Miniator; sunt enim duo Tra&gatus Nicolai de Dinkelspibl Theologi Viennensis anno 1433. vita functi. Primus quidem de Dilectione Dei et Proximi, alter de Praeceptis Decalogi, qui nobis fol. 140. auspicatur. Uterque extat*